

SERMO.

Incipiunt sermones de sanctis. Reuerendi patris fratris iohannis Nider sacre theologie p[ro]fessoris ordinis p[re]dicatorum.

In festo beati Andree apostoli
Sermo primus.

Quoniam post me faciam vos fieri pisces hominum. *Matth. iiii.* Triap[ri]ncipaliter sunt dicēda. Primo beati andree vocatio est p[er] euangelia declaranda. Secundo p[ri]uilegia beati andree sunt recitanda. Tercio ea i quibus eum sequi debeamus sunt annumeranda. Quantum ad primū notandum q[uo]d andreas et petrus. et alij quidam discipuli xp̄i sunt ter per christū vocati et in qualibet vocacōe ad speciale donū sunt inuicati. Primo ad fidem et specialem xp̄i noticiam et amicitiam. de quo in vigilia id ē heri euangeliū legabatur. *Job. i.* Secūdo ad xp̄i discipulatum. *Lu. v.* Vbi p[er] miraculum de piscium captura mirabili. petrus iacobus et iohannes sunt vocati et relictis omnibus secuti sunt iesum. Tercio ad ei[us] apostolatū vbi thema. De prima vocacōe nota 3m euangelij h[ist]oria. *Job. i.* In illo tempe sc[ilicet] quo xp̄s a iohāne baptisatus iam erat no uiter Nam ab eodem iohanne christ[us] tria testimonia habuit. Primo p[ro]hibuit ioh. testimonium christo coram sacerdotibus et leuitis qui missi dixerūt. Tu es qui ventur[us] es an ali

um expectamus. Secundo coram turbis q[uia] sequēti die vidēs iesum ait Ecce agnus dei ecce qui tollit et Tercio coram discipulis. Vnde dicit imediate ante p[ri]mū euangeliū iohannes euāgelista Altera die id ē tertia p[ar]te. stabat iohānes. Postea sequit[ur] q[uo]d iesus ambulabat quia iohannes nullum signum faciens manere debuit. Et xp̄s circumire miracula faciendo. ex discipulis eius duo s[un]t christo. Plures fuerunt sed duo acquieuerunt voci iohannis. Alij surda aure audierūt. q[uia] zelotipe diligebant iohannem in t[em]p[or]e ut ex inuidia interdum mouerēt questiones contra christum et discipulos eius. Videns inquit iesum ambulantem cum alijs quia frequenter venit ad iohannem testimonium recepturus p[ro]pter alios Ecce agnus dei. Agno assimilatur quia sicut quotidie agnus imolabatur p[ro] peccatis purgandis ita christus in cruce semel et quotidie in sacramento eucaristie Et audierunt eum duo videlicet efficaciter non alij. Conuersus autem iesus vidit. sequentes enim duo christum corporaliter. ei loqui non audebant p[ro]pter reuerentiam. ideo christus dando occasionem eis loquendi interrogat dicens. Quid queritis qui dixit. Vbi habitas ut te possimus sc[ilicet] sepi[us] visitare. Dicit venite et videte. Non dicit eis domum nec vicum. ne p[er]ueniant eum. sed ducit secum quia delicia eius esse cum filijs hominum. Venerunt et viderūt et manserunt vsq[ue] in crastinum per totam noctem. Hora autem erat quasi decima videlicet diei artificialis. q[uo]d addit ut ostendatur quantam curam christus habuit tam sero circa aliorum cenaz. audios docere in sapientia dei. Similiter et discipuli comendantur qui t[em]p[or]e quo